

XI. Loquitur autem de poenitentia, quae necessario precedere debeat justificationem, ordinario loquendo; non vero de illa, quae in casu extraordinario contingeret: ut si quis rapiatur ad martyrium, & memorie ipsi non occurrant peccata; tunc sola expressa dilectione Dei cum sola virtuali contritione, & poenitentia justificabitur: cum Deus diligentes se diligit, immo nullus vera charitate diligere Deum possit, nisi prius diligatur a Deo.

S. V.

De Proposito suscipiendi Baptismum, vel Poenitentia Sacramentum, Vita Emendanda, & Observantia Praeceptorum.

XII. Concludit Tridentinum, dicta Sess. 6. c. 6. sic: Denique dum proponunt suscipere Baptismum, inchoare novam vitam, & servare divina mandata. Hoc certum esse dico. Requirit enim, ut Infidelis disponatur ad justificationem, & propositum suscipiendi Baptismum, constat ex dicto Petri Act. 2. v. 38. ubi praedicatione eius multi compuncti corde cum dicerent Apostolus: Quid faciemus, vici fratres? Respondit Petrus: Poenitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus Sancti.

XIII. Requirit etiam in baptizato propositum suscipiendi Sacramentum Poenitentiae, docet Trident. Sess. 14. c. 4. dicens, quod est contentio charitatis perfecta hominem Deo reconciliat, priusquam Sacramentum Poenitentiae actu suscipiatur; ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni, sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam. Et merito: id enim est respectu peccatoris baptizandi Sacramentum Poenitentiae, quod est respectu baptizati Sacramentum Baptismi: sed in Infidelibus necessarium est propositum Baptismi, ut justificentur; ergo &c.

XIV. Requirit quoque propositum vitam emendandam, & praepcepta Dei observandi, colligitur ex illo Ezechiel. 18. v. 21. Si autem impius egredi poenitentiam ab omnibus peccatis suis, quae operatus est, & custodierit omnia praepcepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam: quia vult, & non meretur. Quae verba significant propositum effectum emendandae vitae, & servandi praepcepta, ad iustitiam non acquiritur, tum servandam. Hoc autem propositum non debet semper esse expressum; sed aliquando sufficit, ut sit virtuale, & implicitum: ut dum quis actu amoris Dei super omnia formaliter, & proxime ad justificationem disponitur: in eo enim actu virtualiter continetur propositum suscipiendi Sacramentum, emendandi vitam, & praepcepta Dei servandi, ut suo loco diximus.

S. VI.

De Ultima Dispositione ad Justificationem, a qua Principio fit.

XV. Magna studio, & contentione volunt hinc aliqui, etiam ex nostris, ultimam dispositionem ad gratiam, quae in eodem instanti & simul cum gratia, procedere quidem gratiam in genere causae materialis; sed procedere a gratia habituali, eaque sequi in genere causae efficientis. Verum quia haec opinio non paucis facit difficultatibus, quibus implicari, censere non expedit: itea cum aliis.

XVI. Dico, Probabilis videtur, ultimam dispositionem ad gratiam justificationem non esse efficientem ab ipsa gratia, sed ab auxilio supernaturali. Hic favore videtur Concilium Trident. Sess. 6. ubi cum cap. 5. & 6. omnes dispositiones ad justificationem gratiam requisitas recensisset; sic inchoat caput 7. Haec dispositio, seu preparatio, justificationem ipsa consequitur. Igitur significat, infusionem habitualis gratiae esse posteriori reali existentia omnium dispositionum, favore videtur etiam S. Th. tum 1. p. q. 62. art. 2. ad 3. ubi querens, an Angelus indigeret gratia, ut converteretur in Deum; triplicem distinguit conversionem in Deum. Una est per dilectionem perfectam, qua est creatura iam Deo servientis: Et ad hanc conversionem requiritur gratia consummata. Alia conversio est, qua est merita beatitudinis; & ad hanc requiritur habitualis gratia, qua est merendi principium. Tertia conversio est, per quam aliquis preparatur se ad gratiam habendam; & ad hanc non requiritur aliqua habitualis gratia, sed operatio Dei ad se animam convertentis, iuxta illud Thren. ultimo: Convertite nos Domine ad te, & convertemur. Loqui autem de preparatione ultima, patet: quia loquebatur de Angelis, in quibus, utpote justificatis in instanti creationis, nulla preparatio tempore praecessit gratiam. Sentit ergo, ultimam dispositionem ad gratiam habitalem esse a Deo movente, non ab ipsa gratia. Quod expressit etiam 1. 2. q. 109. art. 6. & 2. 2. q. 112. art. 2. ubi docet, ad gratiam habitalem requiri preparationem, non si militer ad gratiam actualem: si autem quod procedit efficienter a gratia, potest esse dispositio ad illam, potuisset eque dicere, actum contritionis, esse efficientem a gratia actuali procedentem, adhuc esse dispositionem ad illam.

XVII. Sed clarius id ostendit q. 28. de Verit. art. 8. ubi cum tale propouisset argumentum: Contritio est actus poenitentius; sed actus meritorius non est nisi a gratia; ergo gratia est causa contritionis: sed causa naturaliter praecedit effectum; ergo gratia insuscepta naturaliter praecedit contritionem. Cui non respondet, gratiam causam esse efficientem contritionis, seu hanc efficienter procedere a gratia habituali, sed: Ad primum, quod in contrarium obijciunt, dicendum, quod contritio est a gratia, sicut ab informante; & ita sequitur, quod in ratione causa formalis gratia sit prior: nimirum, quod contritio, ut meritoria, fit contritio formata gratia.

XVII. Ex hoc conficitur prima ratio, Si enim contritio, quae est ultima dispositio ad gratiam habitalem, procederet ab ea, ut principio efficiente; sequeretur, quod esset meritoria de condigno remissionis peccatorum: procederet enim ab habitu gratiae, & charitatis in homine viatore, & esset natura prior, quam peccatorum remissio; ergo nihil ei deesset ad meritum de condigno.

XIX. Et confirmo. Quia habitus gratiae vel existit in anima hominis pro illo priori, quo actus contritionis, vel dilectionis Dei super omnia elicitur; vel non existit, sed postea infunditur: si prima; ergo homo est, vel saltem concipitur formaliter iustus, ac justificatus, priusquam eliciat tales actus contritionis, & charitatis; quia habet, vel concipit habere in se causam formalem suae justificationis; & sic tales actus non sunt dispositiones, sed effectus justificationis. Si vero secundum; ergo praefati actus non sunt efficienter a gratia justificante: cum causa efficiens non possit causare, aut concipi causans, pro eo priori, quo vel non existit, vel non concipitur existens; existentia enim est conditio indispensabilis ad efficienter causandum.

XX. Nec dicas, hinc sequi, hominem adultum prius diligere Deum perfecta dilectione, quam Deum ipsum diligit, contra illud 1. Joann. 4. v. 10. In hoc est charitas, non quasi ne dilexerimus Deum; sed quoniam ipse prior dilexit nos.

XXI. Nam responderet, neg. sequelam. Nam actus ille dilectionis Dei ultimo dispositivus ad gratiam justificationem, esse procedens a gratia actuali, & supernaturali, non est tamen perfectus in genere supernaturali: quia elicitur a persona, quae in illo signo nondum censetur grata, nec habens habitum charitatis, qui est terminus completus dilectionis divinae, & ponens hominem in statu supernaturali simpliciter.

XXII. Collige ex dictis, ultimam dispositionem ad gratiam non causare efficienter gratiam: hanc enim solus Deus sicut & virtutem infusam, in nobis, operatur sine nobis efficientibus, esse non sine nobis consentientibus; sicut nec ultima dispositio in naturalibus est causa efficiens forma; ad quam disponit, ut docet D. Th. q. 28. de Verit. art. 8. ad 5. Et multa magis in supernaturalibus, qui posita ultima dispositione, adhuc pendet a voluntate Dei gratiam justificationem infundere; & est novum beneficium proflus distinctum a beneficio dispositionis, quam etiam gratuito dedit.

S. VII.

An justificatio sit maximum Opus Dei; & an Miraculosum.

XXIII. Respondeo ad primum quaesitum cum D. Th. q. 112. art. 2. quod aliquid opus dicitur maximum, vel ex parte modi, quo fit; vel ex parte magnitudinis eius, quod fit. Primo modo maximum opus est opus creationis, in quo est nihil sit aliquid. Secundo modo majus opus est justificatio impia, quae terminatur ad bonum aeternum divina participatione, quam creatio Caeli, & terrae, quae terminatur ad bonum naturae mutabilis. Et ideo Augustinus (tract. 72. in Joann.) cum dixisset, quod majus est, quod est impius iustus, quam creare Caelum, & terram, subjungit: Caelum & terra trahit; Perfectionem autem salvas, & justificatio permanebit.

XXIV. Notandum insuper est: quod magnitudo operis considerari potest, vel ex absoluta quantitate rei quae fit; & hoc modo gloriosius iustorum majus opus est, quam justificatio impia: vel respectu proportionis ad eum, cui, vel in quo illud opus fit; & justificatio impia majus Dei opus est, quam gloriosius iustorum; & quia plus excedit dignitatem impij, qui erat dignus poena, quam donum gloriae dignitatem iusti, qui ex hoc ipso, quod justificatus est, est dignus gloria. Quomodo autem absolute major est mors parvus, quam milium magnorum; spectata tamen proportione ad naturam milium, & mortis, majus esse milium magnum, quam mors parvus. Et ideo Augustinus dicit ibidem: Iudicet, qui potest, utrum majus sit, iustus Angelus creare, quam impius justificari. Certe si aequalis est utraque potentia, hoc majus est misericordia. Ita ex D. Th.

XXV. Ad secundum quaesitum respondeo cum eodem S. Doctor q. 113. citata art. 10. quod si opus miraculosum dicatur, quod a sola divina virtute fieri potest: sic justificatio dici potest in aliquo sensu miraculosum opus, vel potius mirum. Si vero opus miraculosum sumatur pro eo, quod praeter solitum, & communem ordinem causarum evenit; sicut sanctae relictionis infirmo, praeter solitum curum sanationis, quae fit a natura, vel arte: sic justificatio quandoque est miraculosa, quandoque non. Si enim secundum communem cursum, Deo movente interius animam, homo convertatur ad Deum; primo quidem conversione imperfecta, ut postmodum ad perfectam deveniat, justificatio miraculosa non est. Si vero tam vehementer affligatur, ut animam moveat, ut statim quendam perfectionem iustitiae assurgat; sicut fuit in conversione Pauli, adhibita etiam exterior miraculosa prostratione: sic justificatio erit miraculosa: & ideo conversi Pauli tandem miraculosa ab Ecclesia celebratur. Ita ex D. Thom. Unde absolute, & secundum quod ordinarij fit, justificatio non est opus miraculosum. Nec refert, quod quaedam opera minoria sint miraculosa. Nam, ut ait D. Thomas relatus ad 1. Quaedam miraculosa opera, esse sunt minoria, quam justificatio impia, quantum ad bonum, quod fit; sunt tamen praeter consuetum ordinem naturalium effectuum: & ideo plus habent de ratione miraculorum. Quomodo etiam miraculosum est, quod sententiam, quam homo proprio ingenio, & studio natus est acquirere, a Deo infusam accipiat; ut ait idem S. Doct. ad 3.

TRACTATUS OCTAVUS. DE MERITO JUSTI.



INTER praecipuos gratiae justificantis effectus sunt bona iustorum opera; ad quae elicitur per gratiam potentia sunt: & per quae digni evadunt, usque a Deo aeternae gloriae praemium reportent. Aequum igitur est, ut post explicatam gratiae habitualis naturam, ac ejusdem praerogativas expositas; ejus quod fecunditatem in merito, seu opere meritorio explanemus.

Quod praesenti Tractatu praefabimus; quaerentes primo: quid, & quotuplex sit meritum: an dari possit, & an deum in homine erga Deum; quid requiratur ad meritum; & tandem quid sub merito hominis cadere possit.

QUESTIO I.

De essentia, divisione & existentia meriti.

Quid, & quotuplex sit meritum breviter explicato; ejus existentiam in homine iusto, etiam pro praesenti statu, contra haereticos nostri temporis statuemus.

DUBIUM I.

Quid, & quotuplex sit meritum.

S. I.

Essentia meriti.

Meritum, secundum D. Thomam 1. 2. q. 21. art. 3. est proprietas actus humani, prout est moraliter bonus: est eo enim, quod est moraliter bonus, habet rationem meriti; sicut ab opposito, ex eo, quod sit malus, habet rationem demeriti. Non quod eadem sit ratio boni, quae est meriti, aut ratio mali, quae est demeriti; sed quia ad actum humanum bonum sequitur ratio meriti, & ad malum ratio demeriti. Quia omnis actus humanus, vel dirigitur in utilitatem Communitatis, vel singularis personae; & sic debetur ei, qui illum facit, aliqua retributio praemij: vel dirigitur in damnationem Communitatis, & sic debetur ei, qui illum facit, aliqua retributio poenae. Neque ad meritum, vel demeritum requiritur, quod actus sit bonus, vel malus alteri, sive Communitati, sive particulari personae; sed sufficit, ut sit bonus, vel malus ipsi agentis: hoc enim ipso est bonus, vel malus Communitati, quibus ipse agitens est pars. Sicut eo ipso, quod bene, vel male sit digno homini; vel eum sanando, vel ledendo, bene, vel male fit tunc corpori. Et per consequens bono, vel malo facta in utilitatem vel damnationem Communitatis, vel particularis personae, vel etiam ipsiusmet agentis, debetur a Rectore Communitatis praemium, vel poena.

II. Hinc aucto meritorius dici potest in genere: Opus retributionis dignum, quantum aliquis dat de suo, ut accipiat de alieno. Sicut qui laborat in vinea alterius, ut accipiat statutum mercedem; dat aliquid de suo, nempe operam, & laborem, quem habet in sua possessione, ut accipiat aliquid de alieno, nempe pecuniam, quae est in potestate alterius. Ad praesens tamen institutum describi potest meritum, quod fit: Actus liber bonus in obsequium praemiantis elicitus. Est enim differentia inter commutationem, & meritum, quod in commutatione, utpote ad justitiam commutativam spectante; servari debet omnimoda aequalitas: ut si quis centum dedit, centum etiam recipiat, sive in eadem, sive in aequalitatis specie. Hoc autem non exigitur ad meritum; quia iustitia distributiva, ad quam proprie spectat merito reddere praemium, non servat arithmetica aequalitatem, sed proportionem; ut iuxta aequalitatem prudentem merito correspondat praemium, quod sit aliquid excellentius merito: quia qui meretur, tendit ad aliquid supra se, sicut tamen operibus correspondens.

S. II.

Quotuplex sit meritum.

III. Duplex communiter distingui solet meritum: unum de condigno, alterum de congruo. Meritum de condigno illud est, quod habet condignitatem ad praemium; ita ut, pensatis omnibus, jure debeat tali operi tale praemium; quamvis illa dignitas operis proveniat ex gratia personae merenti collata. Et hoc est meritum, quod communiter intelligi solet, dum agitur de merito hominis iusti; cui, ut videbimus, debetur quidem praemium, sed non de toto rigore iustitiae: quo meritum hominis distinguitur a merito Christi, quod ex se, & ex dignitate personae tale opus est, ut ei secundum perfectum iustitiae rigorem debeat praemium.

IV. Meritum autem de congruo est illud, quod licet non habeat condignitatem, nec inferat jus, aut debitum ad praemium; nihilominus quaedam decentia, & congruitas est, ut ille, qui potest reddere praemium, illud pro tali opere con-

ferat. Exemplum utriusque affari potest in milite, qui optime se gessit in praelio. Sic enim duplex habet meritum: unum de condigno, nempe, ad stipendium strenue militantis statutum; alterum vero de congruo, ut scilicet a Rege, vel Principe, praeter ordinarium stipendium, ipsi conferatur aliquod donum, vel dignitatis, aut nobilitatis prerogativa. Licet enim hoc titulo iustitiae non debeat; congruum tamen est, ut Rex, vel Princeps erga strenuos milites ita se gerat.

V. Hinc apparet differentia inter utrumque meritum. Quod meritum de condigno vere, & simpliciter est meritum, & innititur iustitiae; adeo ut sic merenti debitum sit ex iustitia praemium. Meritum autem de congruo solum est improprie meritum, utpote non habens aequalitatem ad praemium; nec innititur iustitiae, sed potius liberalitati, & decentiae; adeo ut cui hoc tantum meritum inest, non debeatur Deus quidem rependere, quasi futurus in eum iniustus, si non rependeret; sed solum, quod sic congruat divinae bonitati, et aliquid conferre, non tamquam praemium, aut coronam, sed ex quadam decentia gratitudinis, liberalitatis, vel etiam fidelitatis. Hinc etiam sequitur, quod meritum de congruo non requirit eam, tum personam, tum operis dignitatem, quam requirit meritum de condigno; debet tamen esse opus bonum ejusdem ordinis cum eo re, ad quam ordinatur, id est supernaturalis, si ordinatur ad consecutionem boni supernaturalis. Unde opus bonum ordinis naturalis, nec de congruo mereri potest donum vel minimum ordinis supernaturalis. Et in super debet fieri in officium, aut obsequium gratum, vel utile illi, apud quem est meritum.

VI. Praeterea meritum de congruo duplex esse potest. Aliud se tenens ex parte merentis: quatenus in merente est quaedam decentia movens largiorem, ut suam exerceat liberalitatem. Sic oratio iusti meretur bona supernaturalia pro merito: quia condignus est, ut, sicut iustus facit voluntatem Dei; ita & Deus exaudiat voluntatem iusti in utilitatem proximi. Aliud est meritum de congruo, ut suam exerceat liberalitatem. Sic oratio iusti meretur bona supernaturalia pro merito: quia condignus est, ut, sicut iustus facit voluntatem Dei; ita & Deus exaudiat voluntatem iusti in utilitatem proximi. Aliud est meritum de congruo, ut suam exerceat liberalitatem. Sic oratio iusti meretur bona supernaturalia pro merito: quia condignus est, ut, sicut iustus facit voluntatem Dei; ita & Deus exaudiat voluntatem iusti in utilitatem proximi. Aliud est meritum de congruo, ut suam exerceat liberalitatem. Sic oratio iusti meretur bona supernaturalia pro merito: quia condignus est, ut, sicut iustus facit voluntatem Dei; ita & Deus exaudiat voluntatem iusti in utilitatem proximi.

Ejusmodi meritum, aliis verbis, vocetur meritum impetratorium. In quo sensu Sanctus Thomas 1. 2. q. 83. art. 16. docet, orationem peccatoris esse aliquando impetratoriam. Verum est enim (ait ibi art. 15. ad 1.) Oratio sine gratia gratum faciente meritoria non est, sicut nec aliquis actus virtuosus. Et tamen etiam oratio, qua impetrat gratiam facientem, procedit ex aliqua gratia, quasi ex gratuito dono; quia ipsam orare est aliquid donum Dei; ut Augustinus dicit in lib. de Perseverantia cap. 23. maxime quando petit necessaria ad salutem. Ut enim docet ibi ad 3. Oratio innititur principaliter fidei, non quantum ad efficaciam movendam, quia sic innititur principaliter charitati; sed quantum ad efficaciam impetrandam: quia per fidem habet homo voluntatem omnipotentis divinae, & misericordiae, ex quibus oratio impetrat, quod petit. Impetrat enim oratio peccatoris, non ex merito peccatoris (sic enim oratio non implentis legem dicitur execrabilis, Prov. 28. & Joan. 9. peccatores Deus non exaudiat) sed interdu impetrat ex misericordia Dei. Vel propter salutem ejus, qui orat, sicut auditus est Publicanus, Luca 18. Vel etiam propter salutem alterius, & gloriam Dei. Ita S. Thom. eadem 1. 2. q. 178. art. 3. ad 1.

DUBIUM II.

An homo iustus possit aliquid a Deo mereri de condigno.

S. I.

Cartholica veritas contra Sectarios.

Homines coram Deo mereri non posse de condigno, sentiunt omnes nostri temporis Sectarii: inter quos eminet Calvinus, qui lib. 3. Inst. cap. 15. Bonorum (inquit) operum laudem, non ut Sophia faciant, inter Deum, & hominem partemur: sed coram integram, & illibatam Dominus servamus. Tantum hoc homini assignamus, quod in ipsa, quae bona erant, sua impunitate polluit, & contemnat: nihil enim ab homine exie, quantumvis perfecto, quod non sit aliqua macula inquinatum. Vocet igitur Dominus in iudicio, quae in hominis operibus optima sunt; suam in illis quidem iustitiam agnoscat, hominis vero dedecus, & probrum. Placent itaque Deo bona opera, nec suis auctoribus sunt instructa. Quid magis deumplissima Dei beneficia remunerantur loco suavitatis, non quia ita merentur; sed quia aliqua benignitas hoc illis ex se ipsis praemium statuit. Haec Calvinus: Qui Sectariorum error radices habet in alio, superius in Tractatu de Gratia habitandi.

de justificatione, a nobis impugnat: quod scilicet, opera hominis, etiam iusti, sint in se ipsa peccata, & solum ei non imputentur ad culpam, quia iustitia Dei, & Christi te- guntur. Plura de hoc dicimus in vera Ecclesia, Tom. I. part. 1. cap. 9. Verum pro mei Candidati instructione,

II. Dico. Opera iustorum sunt vere de condigno merito- ria, etiam vite aeternae. Hinc veritate docet, & variis Scri- pturæ testimoniis confirmat Conc. Trident. Sess. 6. cap. 16. cu- jus verba bene notanda refero: Hæc igitur ratione (inquit) iustificationis hominibus, sicut acceptam gratiam per seipsum conferuntur, sicut acceptam acceptantur, & proponenda sunt Apostoli verba (1. Cor. 15. ver. 58.) Abundantia in omni opere bono, scilicet, quod labor vester non est inanis in Domino (Hebr. 6. ver. 10.) Non enim inanis est Deus, ut abiciatur operis vestri, & dilectio, quam ostendistis in nomine ipsius. Et (Hebr. 10. ver. 35.) nolite amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remuneracionem. Atque ideo bene operantibus usque in finem, & in Deo sperantibus proponenda est vita aeterna, & tanquam gratia filii Dei, per Christum Jesum, misericorditer promissa: & tanquam merces, ex ipsius Dei provisione, bonis ipsorum operibus, & merito fideliter reddenda. Hæc est enim illa aeterna iustitia, quam post suam coronam, & cursum repositam sibi esse, azech Apostolus (2. ad Timoth. 4. ver. 7. & 8.) A iusta iudice sibi reddendam, non solum a seipso, sed & om- nium, qui diligunt adveniens ejus. Cum enim ille ipse Chris- tus Jesus (Joann. 15. & 1. Cor. 11.) tanquam caput in mem- bra, & tanquam vitæ in palmites in ipsis iustificatione fugiter vitantem insinuat, quæ vitæ bona eorum opera semper antecedit, & comitatur, & subsequitur, & sine nullo pacto Deo gra- tia, & meritoria esse possunt: nihil ipsi iustificationis amplius desse, reddendum est, quo minus plane illi quidem operibus, quæ in Deo sunt facta, divina legi pro huius vita facta sacrificia, & vitam aeternam suo vitam merentur, si tamen in gratia decesserint, & non sequantur, vere pronuntiat testantur: non Christus solum noster dicit (Joann. 4. ver. 13.) Si quis bibierit aquam, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum, sed sit in ea sua aqua satietatis in vitam aeternam. Hactenus Tridentinum. Cujus verba per extensum ponere placuit: continent enim totum catholicam de merito Iusti fidem, Sacre Scripturæ testi- moniis comprobantur.

III. Nec desunt alia testimonia, quibus hæc veritas confir- matur. Primo. Ea sunt, quibus asseritur, Deum bonis Iusto- rum operibus mercedem retribuere; nam merces, & meritum correlativa sunt. Matthæi 5. ver. 12. Merces vestra copiosa est in Cælis. 2. Corinth. 3. ver. 8. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Ubi ly secundum indi- cat, reddi mercedem propter laborem, tanquam iustam re- tributionem laboris; non vero, quod præcise detur post la- borem, & volunt hæretici; cum Psal. 61. ver. 13. dicatur Deo: Quia tu reddes unicuique iuxta opera sua. Et Matthæi 16. ver. 27. dicat Christus, quod filius hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet unicui- que secundum opera ejus.

Secundo. Ea sunt, quibus asseritur, Iustos facere aliquid dignum aequalitate, mercede scilicet, ac premio, ut Sap. 3. ver. 5. ubi de Iusto dicitur: Deus servavit eos, & invenit illos dignos se. Ad Coloss. 1. ver. 10. Ut ambuletis dignos Deo per omnia placentes, in omni opere bono iustificantes ad Theosal. 2. cap. 1. ver. 5. Ut digni habeamini in Regno Dei, pro quo & parimini.

IV. Hoc idem testatur Concilium Arausicum II. Can. 18. dicens: Debetur merces bonis operibus, si fiant: sed gratia, quæ non debetur, præcedit, ut fiant. Sanctus Cyprianus lib. de Unit. Ecclesie: Accipiant (inquit) merita nostra mercedem, Augustinus Epist. 105. modo 194. ad Sixtum cap. 2. Nullam igitur sunt merita iustorum: sunt plane, quia iusti sunt. Sed, ut iusti ferant merita non fuerunt.

V. Quod vero opera Iustorum sint meritoria de condigno etiam vite aeternae: (quod Aetholici quidam admittentes in Iusto meritum quoad alia, quoad vitam tamen aeternam negant, probatur. Tum ex illo, 2. ad Timoth. 4. supra a Tri- dent. alio, ubi de se Paulus dicit ver. 8. In reliquo reposita est mihi corona iustitia, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed & his, qui diligunt advenire ejus. Quid est autem id, quod reddet Deus in il- lo die, nisi vita aeterna? Ergo si hæc redditur, ut corona iustitiae, tum redditur ex merito fidei tali. Ad hoc faciunt verba Christi, Matthæi 25. ver. 34. Venite benedicti Patris mei: possidete paratum vobis Regnum. . . . Esurivi enim, & distixit mihi manducare. Et: hæc alia ibidem ver. 23. Esurivi servus bone & fidelis, quia super paucos iusti fidelis, super multa te confregisti, intra in gaudium Domini tui. Ubi ly enim, & ly qui faciunt sensum causalem; denotantque, Regnum Cælo- rum & gaudium beatitudinis dari intuitu bonorum operum, & meritum.

VI. Neque valet responso Calvini dicens, ly enim, & ly qui nota esse ordinis, & consequentiae, non autem causæ. Quia ibidem Christus eodem modo loquitur de Regno dando bonis, ac de gehenna impiis: Ne maledicti in ignem aeternum: Esurivi enim, & non distixit mihi manducare. Et: loquens de gehenna, puto, Calvinus non dicit, ibi non reddi causam, quare impij in gehennam deturandam, sed so- lum ordinem consequentiae; ergo nec dicit, ibidem non red- di causam, quare bonis non detur Regni possessio, cum di- citur, dari intuitu bonorum operum.

VII. Respondet, discrimen inter gehennam, & Regnum tradi ab Apostolo, Rom. 16. ver. 23. qui loquens de morte aeterna dicit, eam esse stipendia peccati: stipendia enim peccati

si mors. Loquens autem de vita aeterna dicit, eam esse gra- tiam: Gratia autem Dei vita aeterna in Christo Jesu Dominus nostra.

VIII. Sed contra. Nam idem Apostolus locis supra citatis vocat gloriam, coronam iustitiae reddendam sibi; & alibi post certamen, cursum & fidem servatam (2. ad Timoth. 4. ver. 8.) Ut autem ibidem cap. 5. ver. 5. dixerat: Qui certat in agone, non coronatur, nisi legitime certaverit. Insuper 1. Cor. 9. ver. 24. Vitam aeternam assimilavit bravio, & vocat eam coronam incorruptam; & homines his, qui in stadio currunt, in agone contendunt, ut corruptibilem coronam accipiant.

Cur autem citato loco vitam aeternam gratiam dixerit, non coronam, aut stipendium; id fit, inquit Augustinus citata Epist. 194. alibi 105. ad Sixtum cap. 5. non quia non possit se ita loqui: nam qui non eam congruenter, & consequen- ter addere iudicaret, si diceret, stipendium autem iustitia vite aeternae? Quod verum est: quia sicut merito peccati, tanquam si- pendum, redditur mors: ita merito iustitiae, tanquam si- pendum, vita aeterna. . . . Unde etiam merito appellatur plurimum sanctarum Scripturarum locis. Sed ideo noluit dicere stipen- dium iustitiae vite aeternae, ne se extolleret humana superbia; putans (ut Pelagiani putabant) se habere iustitiam vite me- rito, sicut fuit merito habet peccatum: sed sciret, quod & ipsa vita aeterna, quæ usque in fine habetur, & ideo me- rito præcedentibus redditur, tamen quia eodem merito, quibus redditur, non a nobis parata sunt pro nostram sufficientiam, sed in nobis facta per gratiam: etiam ipsa gratia nuncupatur, non ob aliud, nisi quia gratia datur: nec ideo quia non me- rito datur, sed quia data sunt & ipsa merita, quibus datur. Ita S. Augustinus.

IV. Vitam aeternam pro meritis reddi docuit Concilium Lateranense IV. sub Innocentio III. & referit Cap. Firmiter his verbis: Per rectam fidem, & operationem bonam placentes Deo ad aeternam merentur beatitudinem pervenire. Florentinum in Decreto Unionis docens: Animas purgatas in Cælii modo recipi, & intantem dare ipsam vitam aeternam, & unum, sicut est addit: Per meritum tamen diversitatem, unum alio pefectum. Cælestinus I. Epist. ad Episcopos Gallia cap. 12. Tanta (inquit) est erga homines bonitas Dei, ut nostra velle esse me- rita, quæ sunt sua dona: & pro his, quæ largitus est aeterna premia se donatur.

X. In hæc veritate conspiciant Patres. Chrysostomus. Hom. 4. de Lazaro; & Homil. 38. ad Popul. Antioch. August. lib. de perfect. Iust. cap. 2. Post hæc autem vitam meritis perfecti redditur, sed eis tantum, a quibus in hac vita eysdem mercedis meritum comparatur. Recolatur superius ex eodem, laudata Epist. 105. vel 194. ad Sixtum. Ex his omnibus patet, quam iuste Tridentinum, Sess. 6. Can. 23. statuerit, quod, Si quis dixerit, hominis iustificationis opera ita esse dona Dei, ne non sint eorum bona ipsius iustificationis merita, aut ipsam iustifi- cationem bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Jesu Chris- ti meritum, eorum vitam merentur, sed, sicut non vere meriti augmentum gratia, vitam aeternam, & ipsam vitam aeternam, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, & æque etiam gloria augmentum: anathema sit.

XI. Advertenda tamen ex hæctenus dictis duo sunt. Unum cum D. Thom. hæc quæ 114. art. 1. quod meritum, & merces faciunt iustum, iustum autem, seu iustitia requirit æqualitatem. Sicut enim iustum premium est, quod ponit æqualitatem cum labore, seu merito: ita ut ubi perfecta æqualitas est, ibi fit perfectum iustum, seu perfecta iustitia; & e contra ubi æqualitas perfecta non est, ibi nec fit perfectum iustum, nec perfectæ iustitia. Ister Deum autem & hominem, non potest esse iustitia, secundum absolutam æqualitatem, sed secundum proportionem quandam: quia nimirum homo agit quantum potest, secundum modum suum, & possit accipi ex divina ordinatione: ita ut homo id consequatur a Deo, qua- si mercedem per suam operationem, ad quod Deus illi vir- tutem deputavit, sicut & aliis rebus. Et quia homo ad illud se movet per liberum arbitrium: ideo sua actio habet rationem meriti.

Alterum advertendum cum eodem S. Thom. ibidem art. 3. est: quod actio hominis considerari potest, & secundum substan- tiam, quatenus est a libero arbitrio, & secundum quod procedit ex gratia Spiritus Sancti. Primo modo nullam ha- bet æqualitatem, nec rationem meriti; bene secundum modo: Sic enim ait S. Thom. vobis meriti attenditur secundum vir- tutem Spiritus Sancti inveniunt nos in vitam aeternam, secun- dum illud Jo. 4. Fiet in eo bonis quæ salientis in vitam aeternam. Attenditur etiam premium operis secundum dignitatem gratia, per quam homo, confusus factus divina natura, adoptatus in filium Dei, & dicitur hereditas ex ipso iure adoptionis, secundum illud Rom. 8. Si filii, & heredes.

Ex quibus inferitur, quod opera meritoria, est formaliter merita hominis sint, quia ab eo libere facta, quia tamen ab illo facta per gratiam, ex Dei misericordia illi concessam per Christum, ideo radicaliter dona Dei sunt: & hæc ratione per- ta aeterna, quæ est merces, dicitur etiam gratia. Unde Aug. lib. de Corrept. & Grat. cap. 13. ait: Sine nulli dubitatione con- siderandum est, ideo gratiam vitam aeternam vocari, quia hic meriti redditur, quæ gratia contulit homini. Et li. de Grat. & lib. 8. ita concludit: Si vita bona nostra nihil aliud est, quam Dei gratia; sine dubio, & vita aeterna, quæ bona vite reddi- tur, Dei gratia est: & ipsa enim gratia datur, cui gratia da- tur est illa, cui datur. Sed illa, cui datur, tantummodo gratia est: hæc autem, quæ illi datur, quoniam premium illius est, gratia est pro gratia, tanquam merces pro iustitia; ut verum sit.

se, quoniam verum est, quia reddet unicuique Deus secun- dum opera ejus.

XII. Ex hoc fit etiam, quod dum exercet iustitiam erga hominem, non fit debitor homini, sed potius ibi ipse: quia homo nihil potest dare Deo, quod Deus prius non dederit homini, iuxta illud, Rom. 11. ver. 35. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Et Augustinus in Psal. 109. Deus fecit se nobis debitorum, non aliquid a nobis accipiendo, sed tanta nobis promittendo. Unde S. Thom. hic quæ 114. art. 1. ad 3. Quia (in- quit) actio nostra non habet rationem meriti, nisi ex præsuppo- sitione divina ordinationis; non sequitur, quod Deus efficiatur simpliciter debitor nobis, sed sibi: in quantum debitum est, ut sua ordinatione impletur. Quibus similia habet in 2. dist. 27. qu. 1. art. 3. ad 4. Ita explicatur meritum hominis erga Deum, evadit fere omnes Adversariorum rationibus. Attamen.

§. II.

Secularium argumenta.

XIII. Obijciunt primo varios Sacre Scripturæ textus, qui- bus videtur indicari, in homine erga Deum non dari meritum. Esto enim gloria dicitur corona, non exclu- ditur, quin daretur ex misericordia, & ex gratia. Nam Psal. 102. ver. 4. dicitur: Qui coronat te in misericordia, & miseri- cordibus. Et ad Rom. 6. ver. 23. Gratia autem Dei vita aeterna.

XIV. Respondeo ex dictis, vitam aeternam dici coronam, & mercedem, & etiam dici gratiam, & misericordiam. Co- ronam, quia redditur propter merita: gratiam, & misericor- diam, quia merita ista radicem habent in gratia Dei; quæ dat homini, unde possit mereri coram Deo. Videatur superius dicta; maxime ex SS. Augustino, & Thoma.

XV. Obijciunt secundo. Quidam Iusti fecerint, sive fer- vi inutiles, Lucæ 17. ver. 9. & 10. Ubi Christus de servo, qui tota die pro Domino laboravit, dicit: Vanquid (Dominus) gratiam habes servo illi, quia fecit, quæ ei imperaverat? Non puto. Deinde conversus ad discipulos: sic (inquit) & vos, cum feceritis omnia, quæ præcipio vobis, dicitis: servi inutiles sumus: quod debuitis facere, fecimus. Sicut ergo servus, quantumcumque laboraverit, non habet meritum coram Do- mino implendo ejus præcepta, quia fecit, quod debuit; ita nec homines impletis mandata Dei: imo debent dicere: Servi inutiles sumus, quod debuitis facere, fecimus. Qui enim facit, quod debet, non meretur, præcipue summum, & maximum premium.

XVI. Respondeo, varie explicari præfatum textum. Primo; servus inutiles non esse, si spectetur natura, ut inde extolla- tur gratia, quæ inutiles servus transferat in liberos, & filios facit. Unde Ambrosius lib. 8. in Lucam: Ergo (inquit) agnos- sce te servum plurimis obsequiis advenantem, non te proferas, quia filius Dei dicitur. Ascendit gratia, sed non ignoranda natura. Vult ergo Christus, ut discipuli, præ humilitate, se- rvos se inutiles dicerent: non quia per Dei adiutorium ni- hil sibi utilitatis, & meriti acquirere possent: sed quoniam ex seipsis revera fuit inutiles: ut nisi divina gratia libera- rentur, & ad filiationem Dei exollerentur, nihil possent fa- cere, quod eis ad salutem utile esset.

Secundo: dici potest, nos servos dici inutiles, quia no- stris, quantumcumque bonis, operibus nil utilitatis Deo as- ferimus; qui bonorum nostrorum non indiget: sed quidquid boni facimus, nobis solum utile esse potest. Ita Beda. Tercio: servi inutiles dicimus, quia est omnia mandata serve- mus, nil tamen facimus ultra id, quod debemus: & nihil meritis petere possumus, nisi Deus liberali pacto no- bificum convenire voluisset. Ita Aug. Ser. 3. de Verb. Domini.

Neque absolute verum est, quod qui facit, quod debet, non meretur. Nam, ut ait D. Thom. hæc quæ 114. art. 1. ad 1. homo in quantum propria voluntate facit illud, quod debet, meretur: alioquin actus iustitiae, quod qui reddidit debitum, non esset meritorium. Et rationem dat in 2. dist. 27. qu. 1. art. 3. ad 3. Quomodo enim illud, quod reddis, quod debitum est alteri, suum non sit; nihilominus tamen manus operationis, in quo fundatur, & per mercedem; & tunc ipse mercedem est, quia vo- luntatis, & propter bonum iustitiae reddis. Quod eo maxime locum habet, quando id, quod alias Dominus exigere a ser- vo potest ut debitum, ex gratuita conventionem acceptat; ut sponte, ac voluntarie oblatum. Tunc enim servus, vi pacti, & promissionis, potest fide obsequio coram Domino prome- reri. Deus autem eum hominibus, quoniam de omnibus suis operibus ei debitoribus, pactus est, ea se acceptare ad meri- tum, & illis vitam aeternam retribuere.

XVII. Obijciunt tertio: si fieri injuriam, meritis Christi, si ponatur alia merita, præter ipsius merita.

XVIII. Respondeo, hoc verum fore, si poneremus alia me- rita, quæ a Christi meritis valorem & efficaciam non habe- rent. Sed cum ponamus, merita nostra sumus efficaciam & va- lorem habere a meritis Christi, & a gratia per ipsum, ma- jorem gloriam ejus meritis accrescimus: quia facimus, ut non solum ipse iustus fit, ac merens, sed etiam alios iustos, ac merentes facit. Sicut maxima gloria fit, quod non so- lum fit maxime perfectus in se, sed etiam perfectiones suas creaturis communicat.

XIX. Obijciunt quarto. Omnia opera hominum, etiam iu- storum, sunt coram Deo immunditia, & peccata; ergo non possunt esse coram ipso meritoria.

XX. Respondeo, neg. ant. Ostendimus enim supra, nos

non justificari sola extrinseca imputatione iustitiae Dei, & Christi; sed vera, ac intrinseca iustitia per Christum a Deo nobis infusa, faciente nos vere iustos & Deo gratos: ac peccata nostra per justificationem non solum tegi, & occul- tari, sed vere deleri.

XXI. Obijciunt quinto. Meritum de condigno dicit æqua- litatem inter opus, & mercedem, seu premium: sed inter opera nostra, & vitam aeternam non datur æqualitas; ergo &c. Min. prob. Tum quia, telle Paulo, Rom. 8. ver. 18. Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis; ergo neque opera. — Tum quia: Deus remunerat Iustos supra condignum. — Tum quia: condi- gnum importat æqualitatem dignitatis: sed actus humanus æquari non potest in dignitate cum premio vite aeternae, quod est infinitum, utpote ipse Deus ergo &c.

XXII. Respondeo, dist. min. Non datur æqualitas absolu- ta, & velut arithmetica, conc. min. æqualitas proportionis, habitudinis; & geometrica, nego min. Ad rationem meriti de condigno non requiritur æqualitas absoluta; ita ut opus tantum fit, quantum est premium: sed sufficit, ut opus ha- beat proportionem cum premio, & quod acceptetur ad pre- mium. Hoc autem habent opera facta in gratia, quæ est fe- men vite aeternae: adest etiam promissio Dei, talia opera ad finem aeternæ gloriæ ordinantia.

Neque inter meritum, & premium requiritur omnimoda æqualitas: meriti enim proprium est inferioris, qui dato ali- quid de suo, quod est minus perfectum; ut accipiat de alie- no, idest, a præstante aliquid magis perfectum. Quare reddi- tio præmii, ut dicemus, non tribuitur per se iustitiae commutative, sed distributive; quæ dat secundum proportionem fundatam in pacto, consuetudine &c.

XXIII. Ad primam min. probat. dico, Paulum velle pas- siones, & opera Sanctorum huius vite non esse condigna ad futuram gloriam, quia sunt temporanea, & brevia; gloria autem, aeterna. Ita meritum suam interpretatur 2. Corinth. 4. ver. 17. Id enim, quod in presenti est momentaneum, & leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternam glo- riæ pondus operatur in nobis. Hinc

Ad secundam dico, Deum remunerare Iustos supra condi- gnum, non quia opera Iustorum condignitate careant; sed quia cum temporalia sint, & levia, ipse reddat aeterna: imo ultra premium, quod ex condigno merentur, ex sua libera- tate alia adjicit, puta, majorem intentionem beatitudinis, etiam supra merita.

Ad tertiam prob. min. dico, quod sicut beatitudo objecti- va, quæ est Deus, est infinita: ita obiectum merit, quod est Deus, est infinitum. Quod autem meritum formale sit fi- nitum, solum arguit, beatitudinem formalem, seu actum vi- sionis fore finitum, quoniam de obiecto infinito.

XXIV. Obijciunt sexto. Meritum de condigno inferri debi- tum in præstante: Deus autem, ut dicebamus, nulli est de- bitor. — Secundo. Nullus meretur premium ab eo, qui ejus opere nec juvatur, nec juvari potest: cum ergo Deus sit talis, apud eum nillo pollamus mereri. Homo non habet per meritum, quod titulo hæreditatis ei debetur: sed Iustus, eo quod est filius Dei, debetur gloria, tanquam hæreditas; ergo &c.

XXV. Respondeo ad primam, Deum nulli absolute esse de- bitorem: posita tamen liberali sua promissione, bene dicitur debitor sibi de danda gloria, quam bonis operibus promittit, ut ex D. Thom. ostendimus. Et maxime in 2. dist. 27. qu. 2. art. 3. ad 4. ubi ait: Deus non efficiatur debitor nobis, nisi forte ex promissa; quia ipse bona operantibus premium repræsentat: & ideo non est conveniens, si ab ipse quod mereri possit: ex quo, aliquo modo, debitor est. Quamvis, ut ibidem subdit, dici possit, quod in iustitia quidem commutativa ille, apud quem quis meretur, efficiatur debitor ei; quod meretur; in iustitia tamen distributiva non requiritur ratio debiti ex parte ejus, qui distribuit: potest enim ex liberalitate aliqua distribuere, maxime si fit supremus dominus, esto in distributione ali- quem iustitiae ordinem servare velit.

Ad secundam respondet D. Thom. in 2. dist. 27. qu. art. 3. ad 5. quod ant. illud locum tenet in iustitia commutativa; sed in distributiva non est necessarium. Ut igitur docet hæc quæ 114. art. 1. ad 2. Deus ex bonis nostris non quarit utilita- tem; sed gloriam, idest, manifestationem sui bonitatis; quod etiam ex suis operibus querit. Ex hoc autem, quod cum colli- gimus, nihil ei accrescit, sed nobis: hoc ideo meretur aliquid a Deo, non quasi ex nostris operibus aliquid ei accrescat; sed in quantum propter ejus gloriam operamur.

Ad tertiam nego min. Vita enim aeterna rationem habet utriusque, nimirum, & hereditatis; & mercedis: hereditatis, in quantum filius datur; & non aliis: mercedis autem, qua- tenus bonorum operum meritis acquiritur. Est enim magis honorificum, aliquid habere ex meritis, quam solo titulo donationis. Unde Christus, quoniam ei, ex quo filius Dei naturalis deberetur gloria corporis; voluit tamen, sui passio- nem eam sibi acquirere, ut dicitur 3. par. qu. 19. art. 3. & ha- betur Lucæ 24. ver. 6. Nonne hæc operibus partem Christum, & ita intrare in gloriam suam? Adde: alium, & alium gloria gradum consequi eos, qui gloriam habent ex meritis, quam eos, qui solo filiationis nomine illam obtinent: Ut tamen huiusmodi dicta clarior fiat, sit.

D U B I U M III.

An retribuitur vita aeterna pro meritis sit actus Justitiae, & cuius.

S. I.

Resolutions Dubii.

Triplex vera Justitiae species communitur assignari solet. Legalis, quae respicit bonum commune, & ponit aequalitatem in ordine ad illud. Distributiva, quae secundum aequalitatem proportionis ad contritionem, & merita distribuit personis particularibus bona communia. Et commutativa, quae ponit aequalitatem rei ad rem inter privatas personas, & regulas inter emptiones, venditiones, condictiones, aliosque contractus: de quibus in Tract. de Justitia, & Iure sermo erit. Dubium igitur praesens inquitur an retribuitur vita aeterna, quam ex meritis dari, ostendimus, ad aliquam ex dictis Justitiae speciebus pertinere, & ad quam.

II. Media censet, ex nulla Justitiae specie Deum gloriam retribuere, sed solum ex fidelitate, aut gratitudine: ita ut si eam postis meritis denegare, foret quidem ingratus, & infidelis, sed non injustus. Ita sentit etiam Vasquez. Suarez vero putat, gloriam, dum ex meritis redditur, ex Justitia commutativa retribui, & discipuli autem Sancti Thomae communis censent, gloriæ retributionem ex meritis esse quidem actum verae Justitiae, sed distributivæ, quamvis habeat aliquem Justitiae commutativæ modum.

III. Dico ergo primo. Retributio gloriæ ex meritis est actus verae Justitiae, non pure fidelitatis, aut gratitudinis. Hoc nimis aperte praedicant testimonia Sacrae Scripturae, ubi, praed. laudata, praesertim ex Paulo, 2. ad Timoth. 4. ver. 8. ubi dicitur adventum ejus, reddet in illa die Dominus Justis Iudicem. Unde Concil. Trident. sess. 6. cap. ult. Hic est enim illa corona Justitiae, quae post suam coronam, & cursum operum sibi adhibet. Apostolus a Justo Iudice sibi reddendam, non solum nostrum sibi, sed & omnibus, qui diligunt eum, dicitur. Et ex eodem, Hebr. 6. ver. 10. Non est enim injustus Deus, ut oblitiscatur operis vestri. Quae autem redditur, ut coronam Justitiae, quae redditur a Domino Justo Iudice, quam si non redderet, injustus esset, cur ex Justitia verum tali non redditur?

IV. Probo insuper hoc discursu. Retributio gloriæ pro meritis non est actus gratitudinis, nec fidelitatis: ergo est actus verae Justitiae. Ant. pro prima parte probatur. Tum quia: gratitudo in Deo erga homines dari non potest: actus enim gratitudinis est compensatio accepti beneficii respiciens alterum, ut beneficentem, quo modo Deus respicere nequit creaturam: Quis enim prior dedit illi, & retribuitur ei? (Rom. 11. ver. 35.) Nec creatura meritis suis praestat beneficium Deo, sed obsequium. Tum quia: quod redditur ex pura gratitudine, non redditur ut corona, & ut merces, quo pacto reddi gloriæ, dicit Scriptura: & qui non redderet, effectus quidem ingratus, sed non injustus. Imo si quod datur, ex gratitudine, daretur ut corona, & ut merces: dici posset, dum munera Deo offerimus in gratiarum actionem, ea nos dare Deo in coronam, mercedem, & premium.

Eadem ratione prob. secunda antec. pars. Quod enim ex pura fidelitate redditur, non datur ut corona, ut merces, ac premium, & propter merita. Alias sequeretur, quod Incuratio, quae ex fidelitate divinarum promissionum data fuit, & remissio peccatorum, quae peccatori contrito ex fidelitate divini promissi, Zachariae 1. Convertimini ad me, & convergetur ad vos, una cum gratia justificante conceditur, dici posset, illam fuisse datam ut coronam, mercedem, & propter merita Sanctorum Patrum; hanc vero dari propter meritum peccatoris contriti, ut mercedem, & coronam, contra illud Pauli, Rom. 3. ver. 24. Justificati gratis per gratiam ipsius.

V. Probo secundo ostendendum, Justitiam proprie dictam, in Deo erga creaturam nullam dicere imperfectiorem. Quid enim est Justitia? Nil aliud, quam constanti & perpetua voluntas jus suum unicuique tribuere. Constantis autem & perpetua voluntas maximam dicit perfectiorem. Tribuere alteri bonum, perfectiorem dicit in tribuente. Solum ergo videri potest imperfectio, quod creatura habeat, jus aliquod erga Deum. Sed & hoc falsum esse, sic ostendit. Quodcumque enim jus creaturae ex propriis creaturae non est, sed ex acceptis meritis in Deo: sed tale est jus, quod ponimus in creatura erga Deum, in ordine ad vitam aeternam; ergo &c. Min. supponitur certa. Quia jus, quod habet creatura ad gloriam, est fundatum in gratia justificante, quae gratis, & liberaliter a Deo conceditur. Maj. vero prob. Tum quia: ita salvetur illiusdem alium dominium Dei. Sicut, ex quo jus, quod habet Feudatarius in fundo, sit ex acceptis a Rege, non derogatur altero dominio Regis; quamvis Feudatarius habeat jus erga Regem, ut ipsum maneat in fundo. Tum etiam: (& ratio est) quia ex quo jus creaturae sit ex acceptis a Deo, illud jus, est formaliter in creatura sit, radicatur tamen totum in iure supremo Dei, cuius donum est totum jus, quod in creatura invenitur.

VI. Dico secundo. Redditio gloriæ ut coronæ, & mercedis pro meritis Justorum proprie est actus Justitiae distributivæ; est aliquem modum habeat Justitiae commutativæ. Probatur. Deus in retributione meritorum, ut vidimus ex Div. Paulo 2. ad Timoth. 4. se habet, ut Justus index distribuens

coronam, & premium, secundum aequalitatem proportionis: ita ut plus merenti plus det, minus merenti minus det: sed iudicium Justo Iudicis, in materia distributionis, pertinet ad Justitiam distributivam. Nam Index in distribuendo servat aequalitatem proportionis, attendendo dignitatem, & qualitatem personarum, non vero puram aequalitatem inter rem, & rem, ut fecit Justitia commutativa.

VII. Confirm. Compensatio, quae non servat aequalitatem quantitativam, & arithmeticam inter premium, & meritum, sed potius aequalitatem proportionis, est actus Justitiae, non commutativæ, sed distributivæ, ut docet S. Thom. in 2. diff. 27. qu. 1. art. 3. in corp. in compensatione meritorum sic se habet; ergo &c. Min. pro prima parte prob. In primis enim in retributione gloriæ pro meritis non est aequalitas arithmetica inter dantem, & recipientem, cum Deus superior sit creatura. Non est praefata aequalitas inter id, quod distribuitur, & id, propter quod distribuitur: non enim tantum bonum est in quantitate actus virtutis, quantum premium gloria, quod est sibi ejus, ut docet D. Thom. in 2. sent. loco citato. Neque est aequalitas inter premium, quod datur uni, & illud, quod datur alteri; quia non omnibus aequaliter datur, sed cuique secundum suam dignitatem.

Secunda quoque pars prob. Aequalitas enim proportionis attendit ex hoc, quod aequaliter se habet hoc ad illud, sicut alius ad alterum: hanc autem aequalitas est inter Deum praemiantem, & creaturam. Non enim magis est Deo, vitam aeternam retribuere, quam nobis actum virtutis exhibere; sed sicut hoc congruit huic, ita illud illi. Et adeo quaedam proportio aequalitas invenitur inter Deum praemiantem, & hominem merentem: dum tamen premium referatur ad idem genus, ita quod est meritum, ut si premium est, quod omnem facultatem humanae naturae excedit, sicut vita aeterna; meritum etiam sit per totalem actum, in quo resurgat bonum illius habitus, qui divinitus infunditur, Deo non congruere. Hec D. Thom. citato loco. Qui tandem concludit: In retributione autem praemii ad merita magis servatur forma distributionis: cum ipse unicuique secundum opera sua reddat; quam commutativam, cum Deus a nobis nihil accipiat: quamvis a Sanctis invenitur quaedamque metaphorice dictum, quod bonis operibus Regnum Calorum invenitur, in quantum Deus accipit opera nostra, ut accepta ea.

VIII. Probari aut aliquibus solet: Deum remunerare merita ex Justitia distributiva; quia Justitia commutativa sicque talis non datur in Deo erga creaturam. Sed hoc, an verum sit, non est hujus loci examinare; cum ad Tractatum de Justitia spectet.

IX. Quod tandem Deus in reddendo praemio pro meritis servet aliquem modum Justitiae commutativæ probari potest. Quia inter Deum dantem, & creaturam recipientem quaedam aequalitas datur, & accepti, & commutatio datur ut nihil tantum Deus det, quantum dare debet, & tantum creatura recipiat, quantum debet recipere. Ea rursus, Deus accipit a creaturis merita, & alius dat gloriam; ergo, aliquis commutativus modus reperitur in retributione gloriæ pro meritis. Et hac via conciliantur plura Sancti Thomae loca, in quibus aliquando videtur, solum Justitiam distributivam in Deo premia reddente statueri, aliquando vero etiam commutativam.

S. II.

Solutio objectionum.

X. Obijcit primo contra primam Assertionem. Toti ratio meriti fundatur, ex dictis, in gratia gratis a Deo accepta; & jus, quod habet creatura ad gloriam, est a Deo dependens; ergo non salvetur vera ratio Justitiae, quae requirit diverfitatem juris, & quod ille, qui ratione laboris sit creditor, aliquid de proprio det.

XI. Respondeo, neg. conf. Totum enim optime salvetur, quia actiones humanae, est habent meritum ex gratia accepta a Deo, sunt tamen sub dominio, & libertate hominis: & jus hominis, esse dependet a Deo, est tamen proprium hominis, & distinctum a jure Dei, sicut libertas hominis est distincta a libertate Dei. Sicut ergo operatio Christi, esse dependens a gratia unionis, & auxiliis humanitati ejus concessis, fuerunt tamen eodem meritorie, sed & satisfactorie de toto rigore Justitiae commutativæ ratione divini juris, & libertatis: ita multo facilius intelligi potest, quod actiones hominis Justitiae, esse procedentes ex gratia accepta a Deo, sint meritoriae: & quae, ex Justitia distributiva, debeatur vita aeterna: quia ad hanc non requiritur tantum rigor. Et quemadmodum si Princeps daret alicui armam, & aliaque necessaria ad praesidium; adhuc ex Justitia teneretur dare illi praemium, si a certamine victor evasisset, quia proprio valore, & virtute pugnavit: sic si homo propria libertate, licet gratia Dei adjutus, & armatus pugnet contra concupiscentias, easque vincat, illi ex Justitia corona debetur.

XII. Obijcit secundo. Si gloria daretur ex Justitia, gloria Justis esset debita stricto jure; non ab alio, nisi a Deo; ergo Deus fieret debitor Justis. Hoc autem negat Augustinus. lib. 1. Confess. cap. 4. dicens de Deo: Reddit debita nulli debens. Et S. Thom. 1. par. qu. 22. art. 1.

XIII. Respondeo, ex jam dictis precedente dubio, cum Div. Thom. in 2. diff. 27. qu. 1. art. 3. Deum potest dici aliquomodo debitorem erga Justos; non debito ordo ex jure Justorum, sed debito ordo radicaliter ex sua promissione. Ex quo enim ipse bona operantibus praemium repromittit; fecit se in aliquo sensu debitorem, non simpliciter nobis, sed sibi ipsi.

ipso: in quantum debitum est, ut sua ordinatio implatur. Verba sunt S. Th. hac q. 114. a. 1. ad 3. Audiendum etiam 1. q. 21. a. 1. ubi ponit Justitiam in Deo distributivam, & respicit ab eo commutativam. Et formato contra se hoc tertio argumento: Actus Justitiae est, reddere debitum: sed Deus nulli est debitor; ergo Deo non comparatur Justitia, inter alia, sic respondet: Debitum attendi potest dupliciter in operatione divini: aut secundum quod aliquis debitor Deo, aut secundum quod debitor rei creatae, & utroque modo Deo debitum reddit. Debitum enim est Deo, ut implatur in rebus id, quod ejus sapientia, & voluntas habet, & quod suam beatitudinem manifestat, & secundum hoc Justitia Dei respicit decemiam ipsius; secundum quam reddit sibi, quod sibi debetur. Debitum etiam est alicui rei creatae, quod deest id, quod ad ipsam ordinatur: sicut homini, quod habeat manus, & quod ei alia animalia serviant. Et sic etiam Deus operatur Justitiam, quando dat unicuique, quod ei debetur, secundum rationem suam naturae, & conditionis. Sed hoc debitum dependet ex primo: quia hoc unicuique debetur, quod est ordinatum ad ipsum, secundum ordinem suae sapientiae. Et licet Deus hoc modo debitum aliud det, non tamen ipse est debitor; quia ipse ad alia non ordinatur, sed potius alia in ipsum. Et ideo Justitia quandoque dicitur in Deo concordantia sua bonitati: quoadque vero retribuitur promeritis. Et utrumque modum tangit Augustinus dicens (Prologi cap. 10.) Cum panis multos, Justum est, quia illorum meritis convenit: cum vero patris milis, Justum est, quia bonitati tuae concedens est.

XIV. Dices. In retributione praemii ex Justitia stricte tali oritur obligatio reddendi praemium, ex jure alterius; ergo si Deus obligat ex Justitia dare gloriam Justis, non sibi obligatur, sed Justis, ex jure ipsorum.

XV. Respondeo, dist. ant. Ex jure alterius gratiose illi concedo, omitto aut. alter, nego ant. Dato ergo, quod ex jure creaturae Deus dicitur aliquomodo obligatus dare gloriam, hoc tamen jus gloriam exigendi non ab alio accepit, quam a Deo, qui ex liberalitate voluit, ipsi dari gratiam dantem jus in actu primo: & insuper sua divina promissione, & pacto voluit, ut etiam in actu secundo tale jus infunderet. Ex quo sic, quod debitum Dei a seipso radicaliter sit; & quod gloria sit quidem debita, ipse tamen debitor creaturae non sit.

XVI. Obijcit tertio. Debitum reddendi gloriam ex Justitia, est quocumque capite oriatur, laedit dominium Dei, quod est facultas utendi re sua sine injuria alterius; ergo &c.

XVII. Respondeo, dist. ant. Re sua absolute, conc. ant. ex suppositione libertate promissionis, & pacti. nego ant. Ex eo igitur, quod Deus suae gloriæ sit Dominus, sequitur quidem, quod absolute possit ea uti, & eam dare, cui placet, absque injuria alterius; in Psalm. 10. Si Deus dimittat Justum, quis ei dicent, quid fecerit? Attamen supposita sua liberali promissione, & facto danti eam, ut praemium meritorum; sicut etiam sancte suo dominio tenetur, secundum Adversarios, eam dare ex fidelitate: ita, secundum nos, tenetur eam ex Justitia distributiva dare: debito tamen ordo ex seipso, non ex nobis, ratione scilicet suae retributionis, & aequitatis. Rem exemplo declaro. Ponamus, quod Dux exercitus spolia inimicorum sibi de jure attentiva velit distribuere inter milites, qui strenue pugnaverunt, servata proportione ad mercedem ipsorum: supposita hae voluntate, spolia, quorum absolute erit Dominus, ex Justitia aequitate sibi contract debent, ea secundum meritorum proportionem distribuere: ita proportione servata Deus. Et hoc est, quod dicit Paulus Hebr. 6. ver. 10. ex eo Trident. sess. 6. cap. 16. Non enim injustus est Deus, ut oblitiscatur operis vestri. Et August. 1. de Nat. & grat. cap. 2. Non enim injustus Deus, ut Justus fraudet mercedem Justitiae.

XVIII. Obijcit quarto. Pensare affectum dantis pertinet ad gratitudinem potius, quam ad Justitiam. Ut enim docet D. Thom. 2. 2. q. 106. a. 5. ad 3. Sicut in Justitia... attenditur aequalitas rerum: ita in gratitudine attenditur aequalitas voluntatum: sed Deus remunerans merita attendit potius ad affectum, quam ad effectum: unde vidua illa, quae in gazophylacium misit, plus meruit, non quia plus misit, sed quia majori affectum misit, ut habetur Luca 2. v. 3.

XIX. Respondeo, dist. maj. Quam ad Justitiam humanam, transeat maj. divinum, nego maj. Dato igitur, Justitiam humanam non respicere affectum, quia homines vident solum ea, quae foris sunt; & in Justitia solum attendunt commodum, & utilitatem extrinsecam, quam unum reportat de opere alterius, quidquid sit de affectu: Deus tamen, qui intuetur cor, neque attendit ad commodum (quod nullum reportat) ex operibus nostris, sed unice ad bonitatem, & honestatem operis, quod quis fecit in obsequium Dei; & honestatem operis bona, si sunt causa obtinendae beatitudinis, quae est gratia consummata, atque perfecta? Si licet propter meritum gehennae deponere affectum ad malum: cur non magis licebit hoc facere, propter ipsum felicitatis aeternae? Denique licet, operibus temporalibus respicere temporalem finem, sumere pharmacum propter sanitatem, arare, & ferere pro frugum: & non licebit in opere spirituali, in cursu hujus vitae ad bravium supernae vocacionis attendere?

XX. Obijcit quinto. Justitia inducit debitum legale, non solum morale: sed meritum inducit debitum solum morale, ex libera, & gratiosa executione, quae non est pretio estimabilis; ergo &c.

XXI. Respondeo, neg. min. Nam debitum legale, vel potest dici illud, quod consistit ex valore civili, rei aut actionis externae; & hoc non inducit meritum: vel potest sumi pro eo, ad quod reddendum aliquis lege adstringitur; & hoc inducit meritum. Debitum enim est, ex Deo meritis reddit praemium ex lege, non aliqua civili, sed lege suae ordinationis, & pacti, quod lex quaedam est, cui Deus debitor fit.

XXII. Ut solvantur ea, quae obijci possent contra secundam Assertionem, sciendum, proprium esse Justitiae commutativae servare aequalitatem rei ad rem arithmeticam, & ex obligatione orta ex jure proprietatis. Cumque talis obligatio non possit dari in Deo: ideo non potest remunerare merito Justorum ex Justitia commutativa; sed distributiva: quae solum respicit debitum ortum ex dignitate unius operis meritorii, comparative ad dignitatem alterius: quod debitum non respicit personam praemiantem, sed ipsam premium, ad quod gloria opus habet proportionem. Unde verius dicitur, quod gloria sit debita Justo, aut, quod Deus sit debitor gloriæ. Quia tamen unumquemque tantum remunerat, quantum meretur, & quantum ejus operibus debetur: ideo quemlibet modum Justitiae commutativae servare dicimus.

S. III.

Aliquis ex aliis colligitur.

XXIII. Colligitur primo contra Calvinum: fiduciam Sanctorum non esse fide sola, sed ex bonis meritis per Christum comparanda nasci; ideoque summo studio apud Deum merita comparanda esse, ut apud eum fiduciam habere possimus. Cum enim Deus promiserit gloriam diligentibus se, bene operantibus: & adeptio gloriæ ex duobus pendet, nimirum, ex Dei fidelitate, & ex nostris operibus; ita ut si non bene operemur, & Deus fidelis non permaneret: et contra si Deus fidelis esset, sed nos non bene operemur, non esset certa nostra spes. Et ideo spes, & fiducia nostra nasci debet, non solum ex Deo promittente, sed etiam ex nostris bonis operibus.

XXIV. Neque dicas opera nostra esse quidem necessaria ad vitam aeternam consequendam; non tamen tamquam merita, sed tamquam conditionem, & viam, per quam currentibus promittit Deus, intuitu meritorum filii sui, hereditatem; sicut si quis promitteret alicui vineam, cum hac conditione, quod ad capiendam ejus possessionem, per talem viam incederet, unde Ps. 118. v. 31. dicit David: Viam mandatorum tuorum.

XXV. Nam contra est. Si opera bona essent pura conditio, & via, per quam quis debet incedere, ut caperet possessionem gloriæ; jam gloria non daretur ut merces, ut corona, ut Justus Iudex. Cum ergo, ut vidimus, contrarium dicit Scriptura; ideo &c. Promittit ergo Deus gloriam, per viam mandatorum currentibus; sed promittit eam tamquam bravium, ut ait Paulus 1. Cor. 9. v. 24. Sicut ergo bravium est merces, & premium, & cursus non est pura conditio, sed meritum, cui correspondet bravium, ut premium: ita gloria &c.

XXVI. Colligitur secundo: nos non dare homini occasionem de suis bonis meritis superbiendi: sed potius se coram Deo humiliandi, & quantum confidit de Dei gratia, tantum diffidendi de seipso. Ut enim ait Tridentinum sess. 6. cap. 16. Absit, ut Christianus homo in seipso vel confidat, vel gloriatur, & non in Domino, cujus tanta est erga omnes hominum bonitas, ut eorum velis esse merita, quae sunt ipsius dona. Et quia in multis offendimus omnes, uniusquisque, sicut misericordiam, & benivolentiam, ita severitatem, & iudicium ante oculos habere debet: neque seipsum aliquis, etiam si nihil sibi confidat fuerit, iudicans: quantum enim hominum vita non humanae iudicium examinet, & iudicanda est; sed Dei: qui illuminabit abscondita interiorum, & manifestabit consilia cordium. Et tunc laus erit unicuique a Deo, qui, ut scriptum est, reddet unus cuique secundum opera sua.

XXVII. Colligitur tertio: contra Calvinum, licitum esse, operari boni intuitu mercedis aeternae: ita tamen, ut premium queratur gloria Dei, & deinde merces felicitatis aeternae. Ita Tridentinum, sess. 6. cap. 11. affrens illud Pf. 118. v. 112. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in terram, propter retributionem. Et Pauli, Hebr. 11. v. 2. ubi de Moyse dicit, quod omnia contempserit: Aspicit enim in remunerationem. Hoc motivo Joann. Baptista, Matth. 4. v. 3. n. 2. & Christus ipse, Matth. 4. v. 17. praedicationem exorti sunt: Penitentiam agite: appropinquavit enim Regnum Calorum. Ita hortatur Galatas Paulus cap. 6. ver. 9. & Colossenses c. 4. v. 24. Sciens, quod a Deo accipietis retributionem hereditatis. Et passim in Scripturis. Et merito. Si enim vita aeterna est finis fidei, & operum Justorum: quis inficiabitur, licere, vitam aeternam intueri, & ad eam opera nostra dirigere? Si non vitatur Sacramentorum perceptio, & poenitentia, cum bona, si sunt causa obtinendae gratiae Dei: cur vitabuntur opera bona, si sunt causa obtinendae beatitudinis, quae est gratia consummata, atque perfecta? Si licet propter meritum gehennae deponere affectum ad malum: cur non magis licebit hoc facere, propter ipsum felicitatis aeternae? Denique licet, operibus temporalibus respicere temporalem finem, sumere pharmacum propter sanitatem, arare, & ferere pro frugum: & non licebit in opere spirituali, in cursu hujus vitae ad bravium supernae vocacionis attendere?

XXVIII. Scio, Christum reprehendere mercenarios; & D. Th. 2. 2. q. 19. a. 3. ad 3. addere, quod amor mercenarii contrariatur charitati.

Sed nil contra nos. Mercenarii enim proprie illi sunt, qui mercedem solum, aut praecipue, intuentur, qui ita affecti sunt, ut si merces non esset, Deo non servirent. Hi sunt qui viso lupo dimittunt oves, & fugiunt, qui non gloriam Dei,

Dei, aut salutem proximi, sed tantum propriam utilitatem querunt. Hos Christus reprehendit: non autem eos, qui in bonis operibus precipue Deum, eiusque gloriam, ut ultimum finem spectant, mercedem autem solum ut finem proximum respiciunt: qui, nempe, Deum videre cupiunt, ut tanto ardentius, & securius eum diligant. De his nos loquimur, Sanctus Thomas autem damnat amorem mercenarium illius, qui Deum diligit propter bona temporalia, servile enim, ac fordium est, mercedem inveni operi ipso viliores, & vitium est, Deum diligere, propter bona temporalia contra charitatem, que omnia propter Deum imperat diligenda: atamen in bonis operibus spectare mercedem eminentissimam, qualis est visio Dei, Deum ut possessum includentem; fordium non est, sed nobile desiderium. Et in hoc sensu locuti sumus.

QUESTIO II.

De conditionibus requisitis ad meritum.

POST explicatum meritum Iusti quoad assensum, & comparationem ad gloriam; examinanda sunt conditiones, quas habere debet meritum; quod in presenti questione præstabitur.

DUBIUM I.

An actus meritorius debeat esse liber, & qua libertate?

S. I.

Resolutio prior.

SEX conditiones requiruntur, ut actus sit meritorius coram Deo vite æternæ. Tres ex parte actus meritorii, dicitur ex parte voluntatis merentis, & ultima ex parte Dei præmittantis. Ex parte actus meritorii requiritur, ut sit liber, ut sit bonum, & ut fiat in obsequium, & gloriam Dei. Ex parte hominis merentis requiritur, ut sit viator, & in statu gratiæ. Ex parte Dei, ut acceptet tale opus ad præmium. In presenti dubio agemus de prima.

II. Dico ergo primo. Ut actus sit meritorius, debet esse liber libertate indifferentie. Probatur primo ex Sacris Litteris, Ecclesiasticis, cap. 31. v. 10. ubi dicitur: Qui potuit transgredi, & non est transgressus, facit mala, & non facit; continuo subiungit v. 11. Ideo stabilita sunt bona illius in Domino, & elemosinas illius enarravit omnis Ecclesia sanctorum. Quibus significatur, eum talia meruisse, quia libera, id est, cum potuisset transgredi, non est transgressus. Item Paulus, 1. Cor. 9. vers. 17. Si enim (inquit) volens hoc ago, mercedem habeo: si autem invitus, dispensatio mihi credita est.

III. Adest etiam ratio. Primo: quia res multa, ut Sol, Luna, campi, vineæ &c. nobis multa commodum præstant, & tamen non dicuntur de nobis proprie bene mereri; quia non libere agunt, nec possunt aliud facere, quam faciunt. Secundo: merito debetur merces: debitum autem non oritur, nisi ex eo, quod damus alteri, quod nostrum est, & cuius liberi, ac domini sumus: si enim alienum, vel id, cuius domini non sumus, daremus, nil nobis deberetur: sed nihil proprie nostrum est, nihil sub dominio habemus, nisi quod nostrum subest arbitrio, ut possimus dare, & non dare; ergo in his tantum meremur, que nostrum subest arbitrio. Tertio: merito debetur laus, sicut demerito vituperium; sed laus debetur soli actui libero: in eo enim, quod ex necessitate facimus, nec laudandi, nec vituperandi sumus; ergo &c.

IV. Ex hoc inferitur, quod non quocumque libertas sufficit ad meritum, sed debet esse libertas indifferentie, seu a necessitate. Quare Innocentius X. hanc Iansenii propositionem, ordine tertiam, damnavit: Ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ, non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione; Quam hæreticam pronuntiaverat S. Thom. quæst. 6. de Malo art. unico. his verbis: Quidam perverserunt, quod voluntas hominis ex necessitate movetur ad aliquid eligendum; nec tamen ponebant, quod voluntas cogitur... Hac autem opinio est hæretica, tollit enim rationem meriti, & demeriti in humanis actibus. Non enim videtur esse meritorium, vel demeritorium, quod aliquis sit ex necessitate agit, quod vitare non possit. Et profectus ostendens, eam opinionem tollere laudem, & vituperium, & totam Philosophiam moralem evertere. Sed hanc questionem pro dignitate tractavimus Tom. I. in 1. & 2. agentes de Voluntario libero, art. 2. que huc revocanda sunt.

V. Sed dices primo. Meritum dependet ex acceptatione præmittantis, ut dicemus; sed præmians acceptare potest tam adiones liberas, quam necessarias: sicut ad Martyrii palmam Deus acceptavit mortem SS. Innocentium, quam non liberam; ergo &c.

VI. Respondeo, posse quidem præmittentem acceptare adionem non liberam, non tamen ad meritum; cum non sit capax, & idonea pro merito. Sic privilegio singulari acceptavit Innocentium mortem ad vitam æternam, & ad gloriam Martyrium; non tamen ad meritum, cuius, quia incapaces libertatis, incapaces erant.

XII. Si infans. Actus liber, & necessarius gaudet eadem bonitate: cur ergo si liber est capax meriti, actus necessarius

capax non erit? Respondeo, quod liberum, & necessarium, gaudere quidem eadem bonitate physica, & objectiva, non autem morali: quia dignitas, & laudabilitas moralis in libertate indifferentie fundatur, ut dictum est.

VIII. Dices secundo. Christi merita fuerunt maxima; & tamen Christus non libere, sed necessario Deum diligebat, quia erat beatus.

Confirmatur. Christus stante impeccabilitate, & præcepto Patris de morte subeunda, non poterat non mori: & consequenter necessario, & non libere libertate indifferentie mortuus est; & tamen sua morte meruit salutem; ergo &c.

IX. Respondeo ex D. Thom. 3. part. quæst. 19. art. 3. ad 1. quod Christus simul viator fuit, & Comprehenfor; & ideo duplex in eo erat dilectionis actus. Unus regulatus a scientia beata; & hic necessarius erat: alius regulatus a scientia infusa; & hic liber erat, & ex huius imperio meritum Christi procedebat. Unde conclusit D. Thom. Et ideo, quia nunc non est viator, non est in statu merendi.

X. Ad Confirmationem dico, Christum non necessario mortuum esse, sed libere. Quomodo autem hæc libertas fieri potuerit cum ejus impeccabilitate, & præcepto Patris de morte, difficultas est, que semper torset Theologorum ingenia, & in Tractatu de Impeccabilitate Christi discutitur. Nunc dicimus, Christum libere mortuum fuisse, quia licet non potuerit non mori in sensu composito, conjungendo nimirum non mori cum existentia præcepti de morte; quia carentia mortis conjungenda cum præcepto de morte esset peccatum; poterat tamen non mori in sensu diviso, id est, carentia mortis absolute, & divisive a præcepto ponenda; quia non mori, præcise a præcepto de morte, nullum peccatum est.

XI. Dices tertio. Satisfactio non requirit libertatem: Anima enim in Purgatorio satisfacit pro peccatis præteritis, & tamen non libere: ergo neque meritum requirit libertatem.

XII. Respondeo, neg. ant. Ut enim docet Div. Thom. in 4. dist. 17. quæst. 2. art. 4. quæst. 3. ad 3. Pœna illa, quam anima in Purgatorio sustinet, non potest proprie dici satisfactio, quia satisfactio opus meritorium requirit; sed largo modo dicitur satisfactio pœna arbitria solutio.

S. II.

Posterioris resolutiones.

XIII. Dico secundo. Actus, ut sit meritorius, debet esse actus formalis, & positivus; adeo ut ad meritum non sufficiat pura omisso mali. Prob. Tunc quia: meritum debet esse in obsequium præmittantis, ut dicemus: ac obsequium requirit actum positivum; ergo & meritum. Tum quia: meritum debet esse voluntarium; sed pura omisso mali non est voluntaria: ergo &c.

XIV. Sed obicit primo. Pura omisso in sententia peccatorum potest esse culpabilis, & demeritoria; ergo etiam potest esse meritoria.

XV. Respondeo, omisso ant. neg. conf. Plus enim requiritur ad meritum, quam ad demeritum: quia bonum est ex integra causa, malum autem ex quocumque defectu. Ita D. Thom. 2. 2. quæst. 78. art. 3. ad 4. Et ratio est: quia positus his rebus conditionibus, posse, teneri, & non facere, imputatur non facere, ratione actus intentionem mali. Autem non concurrunt ad puram omissionem mali.

XVI. Obicit secundo. Declinare a malo est meritorium; sed declinare a malo est omisso mali; ergo &c.

XVII. Respondeo, declinare a malo esse meritorium, non quatenus dicit puram negationem actus; sed quatenus dicit actum voluntatis positivè repudiantis malum. Si enim quis, urgente tentatione, suspenderet omnem actum etiam internum; talis suspensio non esset laudabilis, sed periculosa. Unde debet actu positivo malum reprobare.

XVIII. Obicit tertio. Si Deus præcipere alicui, abstinere ab omni actu, omisso omnis actu erit materia obedientiæ; ergo erit meritoria.

XIX. Respondeo, tunc omissionem quidem omnem actus externi fore meritorium; non vero omissionem omnem actus etiam interni; & hæc nec esse potest effectus obedientiæ laudabilis, cum non sit voluntaria.

XX. Obicit quarto. Christus, etiam dum dormiebat, meretur: & tamen tunc nihil operabatur.

XXI. Respondeo, neg. min. In Christo enim, dum dormiebat, aderat actus scientiæ infusæ, & actualis usus liberi arbitrii; unde de se dicere poterat: Ego dormio, & cor meum vigilat (Cant. 5. vers. 2.) quod non accidit in nobis. Verum itaque semper est, quod mereri proprie, est facere aliquam actionem, unde aliquis iuste sibi acquirit mercedem; ut dicit S. Thom. quæst. de Virg. in comm. art. 1. ad 4.

XXII. Dico tertio. Libertas requisita ad meritum non debet esse contrarietas, scilicet ad bonum, & malum; sed sufficit libertas contradiçionis, scilicet ad facere, & non facere, ad facere hoc, & facere illud. Patet in Christo, & in Angelis in primo instanti: quibus certe fuit meritum rigorosum, & tamen non fuit libertas contrarietas, quia non poterant peccare. Et ratio est: quia libertas ad malum non est de essentia libertatis, sed defectus ejus.

DUBIUM II.

An actus meritorius debeat esse bonus, & in obsequium Dei.

S. I.

Resolutio prior Pars.

I. Dico primo. Actus, ut sit meritorius, debet esse bonus, & laudabilis. Probatur. Ut actus sit meritorius, debet esse dignus præmio: sed actus moraliter malus non est dignus præmio, sed pœna, actus iudicandus in individuo, vel non datur, ut supra ostendimus; vel si admittatur, non est, cur potius præmio, quam pœna dignus sit; ergo &c.

Confirmatur. Meritum præmii supernaturalis, de quo hic loquimur, debet actu respicere bonum, cum sit peccatum, actu non respicit Deum, ut ultimum finem. Nam, vel si peccatum morale; & sic positive deordinat a Deo ultimo fine. Vel est veniale; & sic, esse non deordinat a Deo ultimo fine, ad illum tamen actum non refertur: unde non potest esse capax præmii, & præmii, sed pœna.

II. Dices primo. Peccans venialiter, si in gratia sit, adhuc ordinatur ad vitam æternam; ergo actus venialiter peccaminosus, & non bonus, est meritorius vite æternæ.

III. Respondeo, peccantem venialiter ordinari ad vitam æternam, ratione aliorum actuum bonorum, que fecit: non autem ratione actus peccaminosi etiam venialiter. Nam hic esto non excludat ab homine existente in gratia meritum personale vite æternæ, ratione aliorum actuum bonorum, que fecit: sua tamen malitia impedit, ne per ipsum homo mereatur.

IV. Dices secundo. Rectatio divini Officii cum evagatione mentis est mala; sed hæc potest esse meritoria; si enim quis ex amore Dei incipiens recitare officium, in progressu evagetur mente: talis evagatio, ex vi illius primæ intentionis, est meritoria præmii supernaturalis.

V. Respondeo, dist. maj. Cum evagatione mentis est mala, si sit voluntaria, conc. majorem, si sit involuntaria, nego maj. Voluntaria ergo evagatio mentis in recitatione divini Officii mala est, neque subditur primæ illi intentioni recitandi illud ex amore Dei; sed potius interruptit influxum actus charitatis præcedentis: ideoque non est meritoria præmii supernaturalis. Ita S. Th. 2. 2. q. 83. a. 13. ad 3. dicens: Si quis ex proposito in oratione mente evagetur, hoc peccatum est, & impedit orationis fructum... Evagatio vero mentis, que fit præter propositum, orationis fructum non tollit.

S. II.

Resolutio Pars posterior.

VI. Dico secundo. Actus meritorius præmii supernaturalis debet fieri in obsequium Dei. Probatur. Meritum enim cum respicit retributionem ab eo, qui præmium redditurus est, debet ad illum dirigere, & ordinari, & in ejus gratiam fieri; opus enim, quod ad præmittentem non dirigitur, quomodo potest ab illo exigere retributionem? Sed opera nostra meritoria respiciunt retributionem reddendam a Deo; ergo debent dirigere, & fieri in obsequium Dei: alias lamentatur iuste, ut olim per prophetam, Isaiæ 59. v. 13. Populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem ejus longe est a me.

VII. Nec dices primo. In humanis potest quis deestari corde præmittentem, sique opus suum non facere in obsequium ejus; & tamen apud præmittentem mereri; ergo similiter &c.

VIII. Respondeo enim, neg. conf. homo enim non penetrat cor, nec respicit ad intentionem operantis, sed ad ipsum opus: unde si opus ex se, vel exterius tendat ad utilitatem præmittantis, est intentio alio ipsum dirigat, homo fit debitor retributionis. Non sic autem apud Deum, qui cum penetrat cor, & ad eum respicit, non sufficit, ut ei opus exhibeat: nisi etiam exhibeat intentio, ut scilicet opus sincero corde propter Deum summe dilectum fiat.

IX. Nec dices secundo. Homo existens in gratia, & faciens actum spei supernaturalis, meretur præmium supernaturale: sed in exercitio talis actus attendit, non ad Deum, sed propriam utilitatem, quia spes respicit bonum divinum, ut bonum nostrum; ergo &c.

X. Nam respondeo, dist. min. Ut bonum nostrum in rationi objecti, seu finis proximi, conced. minor. In ratione finis ultimi, neg. min. Homo enim existens in gratia respicit Deum, ut ultimum finem suum actuum: sique dum exercet actum spei tendentem in propriam utilitatem in obsequium Dei refundit.

XI. Sed dices tertio. Ut actus fiat in obsequium Dei, requiritur influxus charitatis, sed ad meritum, in probabili sententia, non requiritur influxus charitatis; ergo &c.

XII. Respondeo, quod, ut infra dicemus, ad meritum esto non requiritur influxus actualis charitatis, virtualis tamen requiritur. Admitta tamen, pro casu presenti, opinione non requirunt ad meritum influxum nec virtuale charitatis dico, requirere saltem habituale: quatenus persona habitualiter Deo grata omne opus bonum, quod facit, censetur facere in obsequium Dei, & esse opus Deo gratum, & coram ipso meritorium.

Conti Theol. Tom. II.

DUBIUM III.

An ad meritum requiratur status vis, & status gratiæ?

S. I.

Resolutio prima Pars.

I. Dico primo. Ad meritum requiritur, ex parte personæ merentis, status viatoris. Aperte colligitur ex Scripturis; dicitur enim Ecclesiastæ 9. v. 5. mortui vero nihil novunt amplius, nec habent ultra mercedem. Ubi Hieronymus ait: Mortui nihil valent ad illa accipere, quod semel fecerunt viderunt de vita, neque expectant aliquam retributionem, acque mercedem: ultra eam scilicet, quam dum viverent, meruerunt. Et ibidem c. 11. v. 3. Si desideris lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco cecideris, ibi eris. Quibus, per casum ligni, mors hominis designatur. Et per ly ibi eris indicatur, meritum, vel demeritum hominis in alia vita nec augeri posse, nec minui. Unde Paulus, ad Galat. 6. v. 10. sic inferebat: Ergo, dum tempus habemus, operamur bonum ad quem nemo potest operari. Ubi per diem dicebat: Hæc oportet operari opera ejus, qui misit me, donec alius est. Venit nunc, operari opera ejus, qui misit me, donec alius est. Venit nunc, quando nemo potest operari. Ubi per diem mortem Christum indicat, voluisse, omnes intelligunt. Quare S. Th. 2. 2. q. 13. a. 4. ad 2. Mereri (inquit) & demereri pertinet ad statum vis.

Unde bona in viatoribus sunt meritoria, mala vero demeritoria. In Beatis autem bona non sunt meritoria, sed peccata ad eorum beatitudinis præmii: & similiter mala in damnatis non sunt demeritoria, sed peccata ad damnationis pœnam.

II. Ratio quoque consonat. Tum quia meritum dicitur viam, & tendentiam ad præmium, tamquam ad terminum: ergo meritum proprium est eorum, qui sunt in statu vis. Tum quia ad divinam providentiam pertinet, stabilire tempora pro merito, & pro præmio. Cum igitur non possit esse tempus alterius vite; sequitur, quod solum tempus hujus vite destinari debuit ad merendum præmii; maxime quia meritum ex natura rei antecedit præmii, & hæc vita antecedit, altera subsequitur.

III. Sed obstat videtur, quod anime Iustorum in Purgatorio, imo & in Patria, aliquid merentur, saltem de congruo; siue nobis, dum pro nobis orando multa impetrant: siue sibi merendo augmentum suæ beatitudinis, saltem de congruo.

IV. In hac materia sunt qui concedant animabus purgantibus, imo & Beatis aliquod meritum saltem de congruo, respectu aliorum; illudque solum negant, ad merendum sibi beatitudinem essentialem. Sunt etiam, qui dicant, Beatos, non quidem actu beatifico, sed aliis actibus liberis, & bonis posse sibi mereri augmentum beatitudinis, saltem accidentaliter. Probabilis tamen censetur, negandum esse extra statum vis posse omne meritum etiam de congruo.

Quare distinguendum censetur meritum etiam de congruo a simplici impetratione (quod indicat S. Thom. hac q. 114. a. 6. ad 3.) quod simplex impetratio ratione fundatur in pietate, & misericordia concedentis: hæc enim ratio etiam oratio peccatoris potest esse impetratoria: unde magis impetratorie esse poterunt orationes animarum, vel Purgantium, vel Beatorum, absque ea, quod meritorie adhuc de congruo sint in se ipsi. Ut enim superius dicebamus ex D. Th. 2. 2. q. 13. a. 4. ad 3. bona, que Deus concedit Beatis sive spem, siue pro aliis, pro quibus orant, sunt præmii beatitudinis ipsorum respondens meritis, que habuerunt in vita; non meritis, que addant, dum sunt in Patria. Nam ut dicit S. Th. in 3. dist. 18. q. 1. a. 2. ad 2. Beati non sunt in statu acquiriti secundum aliquod sui: & ideo nec sibi, nec aliis merentur: quia quod impetrant modo nobis, concipit ex hoc, quod prius, dum viverent, meruerunt; ut hoc impetrarent; quod confirmat de Angelis beatis 1. p. q. 63. a. 7. ad 3. Ubi postquam dixit, gaudium eorum de conversione peccatoris pertinere ad præmium accidentale, quod augeri potest usque ad diem iudicii, subiungit: Unde quidam dicunt, quod quantum ad præmium accidentale mereri possunt. Sed melius est, ut dicatur, quod nullo modo aliquis Beatus mereri potest, nisi sit visus viator, & Comprehenfor. Prædictum enim gaudium magis acquiritur ex virtute beatitudinis, quam illud mereatur.

S. II.

Resolutio secunda Pars.

V. Dico secundo. Ad meritum coram Deo requiritur, quod persona merens sit in gratia justificante. Hoc supponit Tridentinum, Sess. 6. c. 16. & Can. 32. ubi agit de merito hominis iustificati per gratiam: & colligit ex illo Joan. 15. v. 4. Sicut palme non possunt ferre fructum a semetipso, nisi manserint in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Que verba, c. 16. citato, sic exponit: Cum enim ille ipse Christus Jesus tamquam caput in membra, & tamquam vite in palmetes; in ipsos iustificatos iugiter virtutem influxit, que virtus bona eorum opera semper antecedit, & comitatur, & subsequitur: & sine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria esse possunt. Ex quibus dico sic: opera hominis non possunt esse Deo grata, & meritoria, nisi ex influxu Christi, ex quo unice nostra opera habent valorem meriti vite æternæ; ergo

X 4